



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Tribunal Conscientiæ Per Varias
Examini Industrias seipsam dijudicantis, Tendentibus ad perfectionem,
præsertim Religiosis accommodatum

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066413

Examen III. Super proposita Collectionis annuæ &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45441

præscriptis traduxerit. Si quam negligentiam à se commissam perspexerit, impunitam non dimittet. Proponet emendationem, & causas inordinationis deinceps amovebit.

EXAMEN II. Super officium proprium quod quis gerit v. g. Superioris, Concionatoris, Professoris, discipuli, Janitoris, Coci &c. &c. In eo videbit; an officii sui omnes partes plenè juxta regulas officii, & Prudentiæ, juxta proposita, & observationes privatas proprias, juxta mentem Regularum quoad fieri poterit literalem, obierit, expleveritque. Atque similiter negligentiam detestabitur, corrigere proponet, pœnâ expiabit, supplebit, causas neglectus amovebit.

EXAMEN III. Super proposita Collectionis, sive annuæ, sive semestris, sive menstruæ, sive meditationum quotidianarum, sive quælibet alia, quavis occasione facta. In quo revideantur omnia, & videatur, an fiant? Cur non?

EXAMEN IV. Supra virtutum, mortificationum internarum, externarumque actus omnes, an tanto (quantus est propositus) numero, an diligenter & fructuosè, an verò obiter, perfunctoriè, & cur? exerciti, aut omissi sint. Consimilique ratione, dolore, pœnâ, emendatione, causarum impediendum amotione restaurentur defectus, & negligentia. Hoc genus Examinis particulari Examine conjungi potest. Imò materia ejus esse, vel potest, vel debet.

EXAMEN V. Super Regulas, observationes, & praxes, & proposita actionis cujuslibet majusculæ, (quod coincidit cum Examine Industriæ præcedentis.) v. g. Super praxes surgendi, medi-

medi
di, c
horas
inqu
negle
tur p
E
ea qu
præ
erun
curâ
dibil
Mate
quid
fecti
ctu
gle
cillir
nian
mus
Exa
stra
præ
vide
quâ
utric
men
sa, se
futu
rum
lius
mar
detu
quo